puniat; Reatus nobis contemptus nri denuntiat dicens. Sic ergo omnis ex uobis qui non renuntiat omnibus quae possedit, non potest meus ee discipulus. Et tamen sperandae salutis remedium confert quia quippiam non potest ferri, p postulat pacis uti legatione placari. Lauate ergo fr̄s k̄mi lacrimis maculas peccatorum. elemosinis tergite. sacris hostiis expiate. Nolite possidere p desiderium quae adhuc p usum minime relinquitis. Spem in solo redemptore figite. ad aeternam patriam mente transite. Si enim nihil in hoc mundo amando possidetis. etiam possidendo cuncta relinquitis. Ipse nobis gaudia desiderata concedit. qui nobis aeternae pacis remedia consulit. Deum qui uiuit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

## Lectio sci euangelii secundum Matheum.

In illo temp dicebat ihs turbis parabolam hanc. Simile factum est regnum caelorum homini regi. qui fecit nuptias filio suo, et misit seruos suos uocare ad nuptias. et nolebant uenire. Iterum misit alios seruos dicens. Dicite inuitatis. ecce prandium meum paraui, tauri mei et altilia occisa et omnia parata sunt, uenite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, et abierunt. Alius in uillam suam. Alius uero in negotiationem suam. Reliqui uero tenuerunt seruos eius. et contumeliis adflictos occiderunt. Rex autem cum audisset iratus est. et missis exercitibus suis pdidit homicidas illos. et ciuitatem illorum succendit igni. Tunc ait seruis suis nuptiae quidem paratae sunt. sed qui inuitati erant. non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus uiarum. et quoscumque inueneritis uocate ad nuptias. Et egressi serui eius in uias. congregauerunt omnes quos inuenerunt malos et bonos. et impletae sunt nuptiae discumbentium. Intrauit autem rex ut uideret discumbentes. et uidit ibi hominem non uestitum ueste nuptiali. et ait illi. Amice quomodo

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc271/0157